

DOUTES CONCERNANT LES SCAPULAIRES**Matière, forme, inscription, etc.****Burgi S. Dominici.**

Huic Sacrae Indulgentiarum et SS. Reliquiarum Congregationi sequentia dubia dirimenda sunt proposita :

I. Utrum in adscribendis Christifidelibus Sodalitati B. M. Virginis a Monte Carmelo adhiberi licite et valide possint Scapularia, quae quamvis ex lana confecta, cooperiuntur ex una parte tela serica vel gossypio, ex altera vero Imagine quae totum cooperit Scapulare, ita ut pannus penitus aut quasi penitus non appareat ?

II. Quid tenendum quando unum Scapulare refert Imaginem B. M. V. de Monte Carmelo, alterum quod vitta conjungitur Imaginem B. M. V. perdolentis, SSmi Rosarii vel etiam SSmi Cordis Jesu ?

III. Utrum nomina adscriptorum Confraternitati necessario ad viciniorem Confraternitatem mittenda sint, vel potius liberum sit ea transmittere Moderatori cujuslibet Confraternitatis ?

IV. Utrum in adscriptione plurium formula unica in numero plurali, quae ex Decr. S. C. Indulg. die 18 Aprilis 1891 adhiberi potest, dicenda sit antequam incipitur impositio, vel potius dum primo fit impositio ?

V. Utrum in casu super exposito, cum generatim adscribendi sint viri et mulieres, conveniens sit dicere : " Accipite viri et mulieres " vel simpliciter : " Accipite hunc habitum, etc." prout est in formula breviori approbata in Decreto S. R. C. diei 24 Julii 1888 ?

Porro S. C. audito unius ex Consultoribus voto, relatis dubiis, respondere mandavit :

Ad I. Negative.

Ad II. Nihil officere valori Scapularis Imaginum varietatem, dummodo in Scapulari appareat color, forma et pannus,